



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

125. De eo qui uxorem suam permiserit velare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

ratio fieri omnino non possit.

Id etiam in venditione vel emptione videtur observari debere, ut quando quis maritum emerit, emat pariter & conjugem, nisi forte alterius ancilla fuerit. Hac de re lex jubet atque interdicit ut nullus servus neque proprius neque ecclesiasticus neque de fisco ancillam alienam in conjugium ducat, similiter ancilla alterius servum nequaquam accipiat. quod si fecerit, irritum habeatur hujuscemodi conjugium, & pro adulterio deputetur. [ *Vide lib. 2. leg. Longob. tit. 12. cap. 10.* ]

Si maritus certa necessitate impellente extra ducatum fugerit. *Ex Concilio unde supra.*

CXXIV. Si quis necessitate inevitabili cogente in alium ducatum seu provinciam fugerit, aut seniore[m] suum, cui fidem & fidelitatem promissam mentiri non potest, secutus fuerit, & uxor ejus, cum valet & potest, amore parentum aut rerum suarum eum sequi noluerit, ipsa omni tempore, quandiu vir ejus quem secuta non fuit vivit, semper innupta permaneat. Ille vero qui necessitate cogente in alia patria manet, si nunquam in suam patriam se reversurum sperat, si se continere non potest, aliam uxorem accipiat, tamen cum poenitentia.

Concil. Vermer. c. 9.  
Burchard. lib. 9. c. 54.

De eo qui uxorem suam permisit velare.

*Ex eodem, cap. XXI.*

CXXV. Qui uxorem suam permiserit velare, aliam non accipiat.

Concil. Vermer. c. 21.  
Burchard. lib. 9. c. 46.

R ij